



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

Svbscriptiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

<sup>465</sup> ANNO CHRISTI tionis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt: hoc quicumque clericus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus. Incolumem coronam vestram ecclesiæ suæ Deus protegat, domini fratres.

## S V B S C R I P T I O N E S .

Perpetuus episcopus hanc definitionem nostram relegi & subscripsi,  
& ea quæ a patribus nostris, vel a nobis prius statuta sunt, censio obseruanda.

Paternus episcopus subscripsi.

Albinus episcopus subscripsi.

Athenius episcopus subscripsi.

Nunechius episcopus subscripsi.

Liberalis episcopus subscripsi.

N O T Æ I A C O B I S I R M O N D I  
S O C I E T A T I S I E S V .

<sup>1</sup> Circa annum 465.] Quo anno celebratum sit, nihil est explorati. At certa videtur coniectura, quam ex Namnetensium episcoporum serie duximus, ut Turonensi posterius fuisse doceremus. Eusebii enim episcopi, ut antiqui omnes indices testantur, successor fuit Nunechius, quem Nonnechium alii vocant, is haud dubie, cuius nomen hoc loco inter eos qui Venetico Concilio subscripti sunt. Antea iam ergo præcesserat Turonense, cui Eusebius interfuit. Accedit quod non solum in codice Rhemensi, ut monuimus, verum etiam in antiquis collectionibus obseruatum est, cum vtriusque Concilii Canones proferuntur, Turonenses Veneticis præponi. Quare videant quam nihil cause habuerint, qui contra, ut præpostero in vulgaris editionibus Conciliorum istorum ordini suffragarentur, legitimum episcoporum Namnetensium ordinem, Eusebium Nunechio postponentes, in suis catalogis peruerterunt.

<sup>2</sup> Dominis beatissimis.] In codice Pithecano inscribitur, Epistola episcoporum Armoricae prouincie: in aliis, Canones ecclesiæ Venetice. Subscriptions adiectæ sunt ex codicibus Corbeienti & Rhemensi: sed in Corbeienti Perpetuus his verbis vtitur: Perpetuus episcopus huic definitioni acquiescens subscripsi, & ea quæ a patribus nostris, vel a nobis prius statuta sunt, &c. In Rhemensi vero post Perpetuum reliqui alio subscripti sunt ordine, Nunechius, Paternus, Albinus, Liberalis & Athenius.

## N O T Æ S E V E R I N I B I N I I .

\* Concilium.] Hoc Concilium licet nulla consulum nota perspicuum quo rem-